



8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

DE TVTELAE

ET RATIONIBVS DISTRA-
HENDIS, ET CONTRARIA

TVTELAE ACTIONE.

QVAS AVXILIANTE DEO T. O. M. SVB
PRAESIDIO CLARISS. ET CONSULTISS. VIRO-
rum, D. Iohannis Michaëlis Cronenbürgeri, & D. Io-
hannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fisci, in
celeberrimo apud Vbios iuris Collegio, laudabili
de more publicè disputandas pro-
ponit.

IOANNES BIRCKMANNVS
AGRIPPINAS.

*Anno virginis partus CI. I. LXXXII.
XXIX. Maij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

EF

CONTINVATIO.

A Equum est actus sui rationem reddere eum, qui alterius negotia administravit: (a) iuxta igitur methodo post disputationem de tutelis, & administratione tutorum, praesens materia subijcitur.

(a) iuxta illud Lucae 16. redde rationem villicationis tuae, c. qualiter & quando 2. in pr. d. accusatio l. 2. d. neg. gest.

THESIS I.

Actio tutela duplex est, directa, (a) & contraria. (b)

(a) tex. in §. tutores, Inst. d. oblig. q. q. ex cont. gl. in Rub. h. t. de qua in th. seq. (b) de qua in th. 26.

II.

Directa est actio personalis (a) ex quasi contractu, (b) civilis, (c) bona fidei, (d) que finit à tutelâ (e) aduersus tutorem pro reddenda sua administrationis ratione, (f) competit.

(a) l. aduersus C. de neg. gest. l. neque C. quib. non obije. long. temp. praesc. (b) d. §. tutores, l. si quis absentis, §. tutelae, d. obl. & act. (c) Oldend. class. 4. act. 31. in pr. num. 1. (d) §. actionum Inst. d. actio. (e) §. fin. Inst. d. Att. tut. i. thes. 20. (f) l. l. §. officio. & passim h. tit. d. §. fin.

III.

Datur a dulto quondam pupillo, eius heredi, (a) & substituto, (b) vt de omnibus, quae fecit, cum facere non deberet, item de his quae non fecit, rationem tutot reddat, (c) praestando dolum, culpam, & quantam in suis rebus diligentiam. (d)

(a) l. 1. §. hanc actionem h. t. l. à tutoribus §. haeredibus d. administ. tut. l. tutelae C. arb. tut. l. 2. C. com. de success. (b) argum. l. his verbis d. adop. Bald. conf. 116. vol. 5. (c) l. in pr. h. t. l. ita §. fin. d. ad. tut. (d) d. l. 1. d. l. à tutorib. in pr. l. contractus quidam d. R. l. l. tutori C. d. neg. gest. l. quicquid C. arb. tut.

IIII.

De leuissima igitur culpa non tenetur, (a) quid autem si in instrumento tutorio se obligarit ad bonum computum, & fidelem administrationem; aut se vltro tutela obtulerit; an à hisce casibus de leuissima culpa teneatur? prius negari, (b) posterius rectè affirmari (c) autumo.

(a) vt ex d. l. 1. & l. à tutorib. cum simil. patet. Bart. in §. suspectus num. 1. Inst. d. susp. tut. Bald. in l. quae fortuitis num. 47. C. d. pig. act. (b) ita sentit Modyn. in addit. ad conf. Decy. 274. num. 3. sup. verb. operentur. contra Dec. ibid. in vers. & à fortiori. Cauat. in tract. d. tutor. num. 120. (c) per l. 1. §. saepe vbi Bart. depof. & in l. quod Nerua num. 35. in fin. cod. Dec. d. consil. num. 3. vers. & quia ipse.

V.

Fortuitos quoque casus tutoribus & curatoribus non imputari, saepe rescriptum est; (a) vnde si pecunia pupillares naufragio, vel hostium incurfu, (b) non item furto (c) pereat; aut

argentarius solidum reddere non possit, (d) periculo pupilli res perit: hæc ita, si casus nec
præuideri, nec culpa tutor reus argui possit, (e) aut nisi speciali pacto aliud conuentum
sit. (f)

(a) l. si res pupillaris, d. ad. tut. l. sine hærede §. 1. eod. l. negocium, C. d. neg. gest. l. tuto-
rib. C. de per. tut. (b) d. l. si res ibique gl. l. i. C. de pos. l. quæ fortuitis C. de pig. act. d. l. con-
tractus quidam in fin. (c) l. cum duob. §. damna. vers. quod si ubi Bald. pro Soc. gl. in d. l. si
res. in l. i. & ibi Cynus C. de pos. Roman. conf. 413. num. 11. Menoch. lib. 3. præf. 3. nu. 128. &
130. & plenè lib. 6. præsumpt. 61. num. 34. cum seqq. aliter sentit Bursat. consil. 325. nu. 54.
(d) tex. in d. l. si res & in l. pignus C. de pig. act. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 67. nu. 30. Burs.
d. l. (e) l. si res C. d. per. tut. ubi gl. & Saly. & in d. l. si res pup. in fin. (f) d. l. negotium.

VI.

Item si non seruanda asseruat, à periculo casus fortuiti non excusatur. (a) Fructus ergo
tales tempore perituros, si non ut primùm potest, alienet. sed eos in quintum aut decimū
annum custodiat, ijs consumptis, ad aestimationem quanti plurimi trium annorum præce-
dentium à die perceptionis, non etiam petitionis computandorum, (b) tenebitur.

(a) d. l. si res, ubi Bald. C. de per. tut. (b) per gl. in l. vn. ibi, quia tanto. ibi q; Corn. in fin.
C. si ad. vsuc. & conf. 104. num. 26. ubi gl. istam ait communiter Dd. sequi. vol. 2. Caua. d.
tract. num. 227. ubi num. 240 ait se ita iudicasse, & propterea lucratum fuisse vxorem sibi
charissimam.

VII.

Factoris negligentia ita demum tutori nocet, si in eius electione culpam admisit, (a)
non si pro idoneo & fidele publicè habitus fuerit. (b)

(a) l. nam & Seruius in fin. d. neg. gest. & ibi gl. l. i. §. hæc actio. ibi, sibi imputare, si mēs.
fal. mod. cum cōcord. in gl. faciunt notata per D. præceptorem meum Matth. Boyls. in lu-
cubrat. suis ad tract. Mandag. d. elect. fol. 170. cum seqq. (b) per l. argentum. commod. l.
etiam in fi. d. l. si res pupill. d. ad. tut. vid. Lucam de penna. in l. agentes sub. num. 10. C. de
agent. in reb. lib. 12. Bart. in l. cum ad quamlibet, & ibi Luc. in fin. C. d. cond. in pub. horr.
lib. 10. Caua. num. 114.

VIII.

Cum verò tutoris sit officium non solum bonā pupilli conseruare, sed & ea omnibus qui-
bus potest modis augere, (a) pecunias pupillares ad honestum lucrum, (vt dando merca-
toribus) (b) in census annuos ad cambium & simil. (c) vel in emptionem prædiorū, (d)
conuertere tenetur.

(a) l. si tutor l. qui negotiationem §. pupillo d. ad. tut. l. tutores C. eod. (b) per c. per ve-
stras in fin. d. donat. inter vir. & vx. Roman. sing. 179. (c) Ioseph Ludou. d. decis. in pr. &
num. 15. (d) l. nisi d. l. tutores. C. & l. ita autem in pr. l. tutor qui reperit. §. si post. ff. d. ad.
tut. §. tutores Inst. de susp. tut.

IX.

Ob negligentiam aut contumaciam interesse præstabit, (a) quod si mercatorum alij
plus, alij minus eo nomine soluant, ad id quod minus datur conueniri debet. (b) si non ad
damnum resarciendum idoneus reperitur, extra ordinem coërcebitur. (c)

(a) d. l. tutor qui reperit. §. si post. ubi Bart. num. 2. & §. seq. num. 1. l. quicquid. C. arb. tut.
& in tit. C. de vsur. pup. l. i. in pr. h. t. Rom. d. sing. (b) tex. in d. l. tutor qui reperit. §. quæ au-
tem

tem sunt. verf. ex cæteris Rom. d. sing. & conf. 139. num. 5. verf. quinimò. (c) l. ob sœnus. de ad. tut. l. nisi. C. eod.

X.

Ad hoc autem interesse petendum pupillus non aliter admittitur, in is pecuniam ad manus tutoris non solum peruenisse, (a) sed & permansisse, (b) aut eam ad prædij comparationem sufficientem fuisse, (c) & in honestum lucrum conuerti potuisse (d) prius probarit. quod si suas eo tempore rectè collocasse arguatur, satis illi ad condemnationem erit. (e)

(a) Castrenf. conf. 302. incip. an benè. num. 6. vol. 1. (b) facit tex. in l. 2. §. peruenisse, d. hæ. vend. Cast. ibid. (c) §. pen. in Auth. vi hi qui obl. se hab. perh. facit l. idemque ibi, sed hoc non alias. pro Soc. tex. in d. l. ita autem in pr. & Bart. in d. §. si post. num. 3. communè & receptam tam antiquorum, quam modernorum testatur Ios. ph. d. dec. num. 2. & 4. (d) l. cum plures §. fin. d. ad. tut. Roland. à Valle conf. 49. nu. 34. vol. 1. (e) l. tutor secundum dignit. §. 1. de ad. tut.

XI.

Cùm verò frequenter contingat (a) testatores tutoribus suis legati titulo, tantum relinquere, in quantum finit à tutelâ appareat eos esse debitores; queritur an neglectorum omissorumve nomine ab interesse præstatione liberentur? liberari aic, (b) nisi dolum verum admiserint. (c)

(a) Cotta in memor. ver. tutor testamentarius in pr. vulgatum in Anglia testatur Fia char. caut. 26. satis notum. (b) facit l. ita autem §. Iulianus aliàs incip. l. quidam decedens. de ad. tut. vbi Aren. & post eum alij. l. non solum, §. hæres & ibi gl. l. si quis rationes, & ibi Iac. d. lib. leg. & facit l. si seruus vetitus d. leg. 1. Angel. conf. 185. per tot. & conf. 174. num. 1. & conf. seq. num. 1. verf. est igitur dicendum. (c) ex dd. ll. patet. Cauat. d. tut. nu. 115. & 207. Crauet. conf. 193. num. 9. Couar. lib. 2. re. sol. cap. 14. nu. 2. in fi. & num. seq. & num. 4. verf. octauo. contra Ferrat. caut. 51 in fin. Fich. d. caut. Arnon. caut. 100. Piagg. in tract. de tut. q. 19. nu. 4. indistinctè tenentes tale legatum non valere.

XII.

Similiter an inuentarij, librorumve rationalium confectio per testatoris dispositionem remitti possit? dubitari potest. in priori, remissionem non sufficere ni expressa prohibitio accedat, (a) in posteriori nullo modo relaxationem concedi (b) statuo. cui dispositioni iudicem iusta de causa contravenire posse, satis æquum est. (c)

(a) per l. fin. §. fin. ibi veterint. C. arb. tut. in quo etiã peritissimos errare ait Dil. Dur. de art. test. tit. 7. caut. 3. indip. tutor qui repertorium num. 2. apud Bred. in suo Ench. caut. tom. 2. tit. 8. pag. 160. Bald. in d. l. fin. num. 5. Masuer. in sua pract. cap. 5. num. 3. verf. sed tamen. Boër. in consuet. Bituric. tit. des coustum. & vsaig. des droctz de le stat des person. §. 7. gl. 1. ad fin. ibi, & aduerte. contra Iaf. in l. nemo potest in 1. lect. num. 54. verf. sed credo, & in 2. lect. num. 74. verf. sed tamen. Zas. conf. 18. num. 53. lib. 2. Clar. in §. testamentum q. 66. in fine tamen ait hanc sapere maiorem æquitatem, camque se disputando sustinuisse. (b) Fich. d. caut. 24. in pr. Port. consil. 147. num. 53. Cauat. num. 206. contra Dil. d. caut. num. 3. (c) Dil. num. 4. Couar. d. loc. num. 4. Clar. d. l. num. fin. Masuer. d. l.

XIII.

Aliàs horum confectionem negligenter omittens, certis pœnis, (a) etiam criminaliter (b) afficietur. Item mulierem alioquin à carceris pœna privilegiatam (c) hanc ob causam capi & incarcerari posse receptum est, (d)

(a) quas

(a) quas recenset Rom. conf. 118. & ibi Mandos. sub num. 3. Dilect. d. loc. in pr. (b) l. 3. §. tutores qui repertorium, alias incip. qui pecuniam d. susp. tutor. Rom. d. l. vers. secunda. (c) auth. sed hodie C. de offic. diuers. iud. (d) Bart. in l. si quis sub conditione num. 13. de testam. tut. Bald. tract. d. carcer. num. 3. vers. vnum. Roman. & Mand. d. l. Mathes. sing. 108. vbi aliter sentit Sarayna num. 6.

XIV.

Tenebitur itidem hoc iudicio, (a) si bona minorum, qua seruando seruari potuerunt sine decreto iudicis alienauit. (b) hinc, an minor donare tutore authore possit, & an sine decreto rectè dubitatur, donare minime posse, (c) ne cum iuramento quidem (d) neq. remunerationis causa (e) non obstante nobilitate, (f) nisi & speciali iudicis decreto corroboretur, (g) disputationis ergo defendere conabor.

(a) l. 3. C. de præd. & al. reb. min. V. Ves. in par. de reb. cor. num. 5. (b) t. t. de reb. eorum & t. t. C. de præd. & al. reb. min. latè Simoncell. tract. de de. ret. ceterisq. solemn. in cont. min. adh. in præfat. num. 123. & maxime lib. 1. (c) l. fin. C. d. cur. fur. l. fin. §. fin. C. si maior fact. al. fact. fin. decr. rat. hab. l. 1. §. sed si non mortis h. t. latè Simoncell. d. tract. lib. 1. t. 2. nu. 1. & seqq. accedit Crauet. respons. 1. progen. num. 421. Rol. conf. 54. num. 29. vol. 2. (d) Rebuff. tom. 2. ad const. reg. tit. de donat. & al. dispos. tut. & adm. fact. art. 1. glo. 9. nu. 15. Menoch. conf. 29. num. 35. cum seq. (e) Menoch. ibid. nu. 31. Simoncell. d. loc. num. 28. Vasq. d. success. tom. 1. §. 10. sub num. 7. vers. sed verius. contra Tiraq. in l. si vnquam verb. donatione largitus num. 29. cas. 16. C. de reuo. don. (f) latè Pinel. in l. 1. par. 3. sub num. 57. vers. ego autem & seqq. C. de bon. mat. Simonc. num. 12. contra Vasq. d. §. 10. sub num. 81. vers. illud aut. Tiraq. de nobil. cap. 37. num. 40. & seq. (g) d. §. fin. C. si ma. fact. Simoncell. num. 13. 28 & c.

XV.

Simili modo tutori aut eius consanguineis, domesticis alijsve similibus personis donationem factam reprobamus. (a) testamentum quoque in eius fauorem à pupillo confectum, (b) nec non legatum callidè eidem præceptum, (c) inuaidum censerè rectius dicitur; hoc amplius huius nomine duplum exigi (d) posse existimo.

(a) Rebuff. d. l. gl. §. in fin. & d. gl. 9. num. 6. (b) ibid. gl. 3. in pr. glo. 6. in prin. (c) l. Lucius Titius testamento §. Sempronia d. leg. 2. facit l. tutor secundum dignitatem §. 1. de ad. tut. l. pupillorum C. cod. l. quicquid C. arb. tut. l. non est enim de inoff. test. hanc æquiores dicit Gabriel Sarayna in addit. ad sing. Mathes. 44. num. 15. Cauat. num. 280. in fin. de tutor. Piagg. cod. tract. q. fin. nu. 31. quibus in locis contrarium tenentes videre licet. (d) argum. §. & hoc peruenit vers. & de substantia in auth. vt null. iud. sentit gl. in d. §. Sempronia. ver. actionem. Dd. modo citati.

XVI.

Hoc iudicio condemnatus solidum præstabit, (a) verum si plures simul administrarint vnus eorum conuentus in solidum beneficio diuisionis alijs existentibus soluendo se tuebitur, (b) si solidum præstat cessionis, aut utilis actionis beneficium eidem supererit; (c) dolus autem proprius quemlibet in solidum tenet. (d)

(a) l. 1. §. nunc tractemush t. l. 2. C. de diuid. tut. Ang. in l. 1. num. 1. & 2. C. quo quisque ord. con. lib. 11. Cauat. nu. 15. (b) d. §. nunc d. l. 2. l. si plures de ad. tut. l. cum interdictæ ad fin. C. arb. tut. l. fin. vers. nec quisquam rem pup. sal. for. Laur. Tennin. caut. 289. num. 2. & 4. Cauat. num. 16. (c) d. §. nunc. Ten. num. 10. & seq. accedit Picus de monte Pico post alios in l.

in l. 1. num. 18. C. de transact. (d) d. l. 1. §. planè. l. ex duob. h. t. d. l. si plures l. si non ex proprio C. de contr. tut. iud. Ten. d. loc. num. 4. in fin. Picus. n. 22. cum. seq.

XVII.

Eum verò qui administravit primo loco conveniendum non ambigitur, non etiam eum, qui tutela se non immiscuit, si secus fiat ordinis beneficium obijcere potest, (a) blandiuntur autem sibi, qui putant, honorarios tutores omnino non teneri. (b)

(a) tex. in l. fin. C. de diuid. tut. l. fin. C. si tut. non gefi. Ten. d. l. num. 14. (b) l. si plures §. ceteri in fin. de ad. tut.

XVIII.

Heredes de dolo, (a) eòve quod ad eos pervenit, (b) lata, (c) non etiam levi (d) defuncti tutoris culpa tenentur: iudex quoque, qui non idoneam satisfactionem exegit, (e) aut minus idoneum decrevit, (f) ad interesse in subsidium (g) conveniri potest.

(a) l. heredes §. Paulus de fid. tut. l. curatoris, C. de neg. gest. l. ex depositi, l. ex contractibus, de obl. & act. (b) l. 1. ad fin. d. t. l. pen. C. de in lit. iur. (c) d. l. curatoris cum sim. (d) l. 1. C. de her. tut. & ibi Bald. l. non similiter d. mag. con. l. 2. C. cod. Crauet. conf. 312. nu. 3. (e) l. tutores de confir. tut. t. t. C. & ff. de mag. con. (f) l. si tu. & d. tot. tit. C. (g) dd. ll. & §. sciendum Instit. de satisfat. tut.

XIX.

Idem iuris est in fideiussoribus, (a) quod extendendum etiam ad eum, qui idoneum fideiussorem affirmavit, existimo: (b) si tutor confiscatus fuerit, aduersus fiscum dandam actionem placuit. (c)

(a) l. si cum fideiussorib. & t. t. ff. & C. de fideiuss. tut. (b) per d. Rub. ibi, & nominatorib. & per l. cum ostendimus in fin. d. tit. V Vefemb. in par. ibid. num. 3. vers. eadem causa; contrarium tene: e videtur Hierony. à Laurent. decis. Auenion. 141. fin. num. (c) l. si tutor §. sed et si fuerit h. t. l. 2. ad leg. Iul. de vi publ.

XX.

Non prius autem quam finita tutela sit hac actio instituitur, (a) at statutis municipalibus multis in locis obtinuit, (b) singulis annis rationes reddi, quod & nouissima D. Caroli V. constitutione receptum est. (c)

(a) l. 1. §. fin. l. nisi finita, l. cum tutor in fin. h. t. (b) vt in Flandria Damhoud. in patroc. pup. tit. de tut. & cur. rat. cap. 1. num. 12. item apud Francos. ib. nu. 15. in Saxonia quoque teste V Vefemb. in par. h. t. num. 3 (c) In der Policy ordnung/in comitijs August. Anno 1548.

XXI.

Quandoquidem redditis rationibus tutores absolui soleant, quid illa operetur modò discutiendum venit. plenam liberationem, (a) si modò dolus latæve culpa absit, (b) e apparit. ob errorem calculi reusio iuste petitur. (c) cogiturque tutor extra prouinciam constitutus eam ob causam ad locum administratæ tutela (d) expensis tamen adultis id postulantis (e) redire.

(a) facit l. Aurelius §. Titius testamento d. lib. leg. l. emptor §. Lucius de pact. cum ibid. not. Bald. consil. 48. vol. 4. & in l. sub pretextu specierum num. fin. C. de transact. (b) l. si quis rationes l. Aurelio §. fin. de lib. leg. l. si feruus vetitus de leg. 1. & in d. l. ita autem §. Iulianus. siue l. quidam decedens, de ad. tut. vbi gl. & Dd. Bald. dd. ll. Cœpol. caut. 221. num. 13. apud

13. apud Brederod. in suo caut. Ench. tom. 1. pag. 247. (c) l. 1. vbi Dd. C. de er. cal. (d) l. 1. & 2. C. vbi de rat. agi. op. l. prætor. §. fin. de ed. l. hæres §. 1. de iud. (e) facit l. idemq; §. idem La-
beo cum ib. not. mand. l. à tutorib. in fin. de ad. tut. Anchar. Regiens lib. 2. famil. quæst. 61.
num. 4. vsque ad finem.

XXII.

*Ad ea etiam quæ vendicari possunt liberatio non extenditur, (a) proinde volumina ra-
tionum, (b) inuentarium, instrumenta, (c) & reliqua non tamen in folle vt IC. ait offer-
ri debent; (d) quod si quid retinuerit cum fructibus & interesse vendicatur. (e)*

(a) l. Aurelius §. Mæuia. l. fin. §. Titia & vtrouique Bart de lib. leg. (b) d. l. fin. §. inter cæ-
tera. ibi Bart. l. si ita fuerit. §. hæc quæstio in fin. de manum testam. l. 1. §. officio h. tit. Rol-
and à Valle conf. 49 nu. 21. vol. 1. (c) l. alio iure C. de in lit. iur. cum alijs modo alleg. Rol-
ib. num. 37. Cauat. num. 202. (d) in l. cum seruus de cond. & demonst. d. l. si quis rationes
cum concord. (e) l. si postea ibique Bald. rem pup. fal. for.

XXIII.

*Quanquam etiam non requisitus offerre rationes teneatur, (a) si tamen intra triginta
annos (b) petita non fuerint præscriptione munitus erit: prædicta etiam in curatoribus lo-
cum habere obseruandum est. (c)*

(a) tex. in clem. vn. in fin. & ibi gl. in verb. exigere de testam. & in clem. 2. §. vt aut sup.
verb. annis singulis in pr. de relig. dom. quæ sententia est magis communis teste Rolan.
vbi sup. num. 16. (b) per l. tutores C. arb. tut. l. neque C. quib. non obijc. long. temp. præsc.
l. aduersus & ibi gl. in verb. præscriptione C. de neg. gest. iuncta l. 1. post prin. vers. in qua
omnes cum concord. in gl. verbi. triginta, C. de const. pec. gl. in l. maximeque & in l. si pu-
pillus ad fin. verb. tempore, de admi. tut. Cauat. num. 15 Tenn. de caut. 289. in prin. contra
Port. consil. 147. num. 81. Castrit. ad Masuer. Pract. tit. 5. num. 27. (c) per Rub. de ad. tut. &
curatorum, C. de per. tut. & cur. tex. in l. pater Seuerinam §. conditionum, de condit. &
demon. Menoch. conf. 115. num. 68. potissimum ob consuetudinem Germaniæ de qua
Gaill lib. 2. obs. 96. in prin.

XXIV.

*Sequitur videre de act. de rationib. distrab. quæ oritur ex quasi contractu, (a) ex persi-
da saltem præsumpta gestione, (b) competens pupillo aduersus tutorem in duplum cui
simplum inest. (c) contra heredem non transitoria. (d)*

(a) Bald. in l. 1. §. in tutela num. 2. h. t. (b) l. tutor de furt. l. 2. h. t. Bald. ibid. vers. 5. (c) d. l. 1.
§. considerandum d. l. 2. in fin. Bald. d. vers. quinto. (d) l. 1. §. fin. h. t. §. 1. Instit. de perpet. &
temp. act.

XXV.

*Si autem minorum res indebito modo inuadant, & sibi vsurpent illicd quidem posse-
sio ei, à quo est ablata, reddetur. ipsos autem tutores vel curatores aterna deportatione
punitos, bonorum quoque publicatio persequetur, (a) aut prædonis instar, (b) nostræ
iure extraordinariè punietur. (c)*

(a) l. meminerint in fin. C. vnde vi. (b) text. in l. qui fundum §. si tutor. pro empt. in l.
Pomponius §. ex facto. de acq. poss. Crauet. conf. 286 nu. 1. vers. secundò respondeo. Ca-
ual. num. 116. (c) Cauat. Cra. d. vers. in fin. cum deportationis pœnæ loco, hodie succeffe-
rit pœ-

est poena arbitraria. Clar. in §. fin. pract. crim. q. 67. nu. 8 & ibi Giachar. in addit. Meno. h. cas. arb. 330. num. 5.

XXVI.

Actio tutelæ contraria, datur tutori contra pupillum, ad repetendum id quod bona fide in usum & utilitatem eius impendit, (a) finita demum tutelæ administratione. (b)

(a) l. i. & pass. per eum tit. de cont. tut. act. & C. cod. (b) d. l. i. §. finito.

XXVII.

Agenti eo ad expensas in modicis eius iuramentum recipietur; (a) pro salario actionem hanc denegamus (b) in tantum ut solutum conditione ob turpem causam repeti possit, (c) quanquam ex officio iudicis id à tutore peti ratio permittat. (d)

(a) facit tex. in l. fin. §. fin. aut tempore statuto in fin. C. de iur. dom. imp. l. non omnes §. à barbaris de re mil. l. iubemus per hanc §. hoc etiam adijciendo C. de erog. mil. ann. lib. 12. glo. in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib. Bald. conf. 418. nu. 6. vol. 3. vid. Crauet. de antiq. temp. part. 1. §. quarto limitatur num. 24. 27. & ibi passim. (b) l. i. §. mandatum ubi Accurf. mand. gl. Bart. & alij in l. in eos, de tutel. Bald. conf. 256. in pr. & in fin. vol. 3. Borgnin. Cauat. de tract. num. 310. (c) l. fin. de cond. ob turp. caus. gl. in d. l. in eos, in verb. datis. V. Vurms. lib. 1. tit. 38. obs. 11. (d) per l. à tutorib. ubi & gl. in fi. de ad. tut. l. i. §. si pupillus de tut. & rat. distrah. l. qui sine in vers. sed istius de neg. gest.

XXVIII.

Item, si quid in profectionibus minoris causa susceptis, (a) in inventarij confectio- nem, (b) aut in iudicio (c) bona fide impendit, hac actione repetere potest. quod aut vltra vires & facultates patrimonij pupillaris necessitate non urgente exposuit, id suo cedit incommodo. (d)

(a) l. idemque §. idem Labeo cum ibi not. Mand. l. i. §. item sumptus de tut. & rat. distrah. Bald. d. conf. 256. in pr. (b) per tex. l. final. §. in computatione C. de iur. deliber. facit l. sed si quis ex signatorib. vers. & sit iniquum. quemad. test. aper. Andr. de Ifern. sing. 5. (c) d. §. item sumptus, l. 1. §. 3. §. deducuntur h. t. (d) per d. l. i. §. sed etsi seruis ibi, si tamen ratio, de tut. & rat. distrah. cum simil. Boer. in th. 12. alleg. §. 11. glo. 1. in med.

XXIX.

Sed an, si cum alius alimentare pupillum gratis voluerit, tutor alimentorum nomine hac actione ad repetitionem agens audiendus sit? Non, nisi ex urgente causa aliud per iudicem prouisum fuerit.

tex. cum ibi. not. in l. 2. in fin. C. de neg. gest. Masuef. in sua pract. tit. 5. num. 11.

Coronidis vicem sustineat q. an deficientibus omnibus cognatis tutor Fisco in successione pupilli preferatur? ubi affirmatiuam probabiliter sustineri posse putamus.
cum gloss. in l. quo tutela in fin. princ. Baldo. & alijs, quos recenset ibid. Cagnol. de regul. iur.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





DE TVTELAE
ET RATIONIBVS DISTRA-
HENDIS, ET CONTRARIA
TVTELAE ACTIONE.

QVAS AVXILIANTE DEO T. O. M. SVB
PRAESIDIO CLARISS. ET CONSVLTISS. VIRO-
rum, D. Iohannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Iohannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fiscii, in
celeberrimo apud Vbios iuris Collegio, laudabili
de more publicè disputandas pro-
ponit.

IOANNES BIRCKMANNVS
AGRIPPINAS.

*Anno virginis partus CI^o. I^o. LXXXII.
XXIX. Maij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

EF